Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1091
Quelle:
Copyright:

III. *ibid.* p. 2. De vita et fine Hominis Carmen hexametrum versuum 14. hoc initio et fine:

Eſt mortalis homo proprii factoris imago &c.
Ut quo preceſſit Chriſtus pertingere poſſit.

IV. *fol.* 4. De Magnitudine Dei Carmen hexametrum versuum 15. hoc initio et fine:

O qualem quantum quam magnum quam uenerandum &c.
Sepius optatam uitam ſine fine beatam.

V. *ibid.* Ad Jeruſalem coeleſtem Carmen hexametrum versuum 26. hoc initio et fine:

Eia ueracis ieruſalem viſio pacis &c.
Ut lapides uiui mereamur in ethere ſcribi.

VI. *ibid.* p. 2. De Nativitate Domini Epigramma verſuum 7. hoc initio et fine:

Plaude ſyon nobis inter ſtellata colonis &c.
Et ſtabit pulcrum ſurgentis honore ſepulcrum.

VII. *ibid.* De Chriſto et Maria verſus 5. hoc initio et fine:

Virgo dei genitrix virga eſt, flos filius eius &c.
Nunc exaltatum placa mater pia natum.

VIII. *fol.* 5. *Verſibus his ſancta laudatur uirgo maria.* Ita inſcribitur Carmen verſuum 57. hoc initio et fine:

Alma ſerena pia precelſa beata maria &c.
Pulcra maria ſerena maria benigna maria.

Huic continenter adjectus eſt Dialogus inter Matrem et Filium in cruce fixum, qui, omnibus hactenus enumeratis potior, ita habet:

Fili! Quid? Mater! *Deus es?* Sum. *Cur ibi pendes?*
Ne genus humanum vergat in interitum.

Prae-